

quod Beatus Ambrosius dedit Beato Augusti-
no pro matre sua dicens. Cum Romam ve-
nio, Sabbatho ieiuno: cū Mediolani sum, nō
ieiuno: sic & tu ad quancunq; forte Ecclesiā
veneris, eius morem serua: si cuiq; non vis
esse scandalum nec quemq; tibi. Ita, habetur
in. c. Illa. 12. distinct. & glosa tibi ponit de
hoc sequentes versus. Si fueris Romæ Ro-
mano viuito more. Et si sis alibi, viuito si-
cut ibi. Ex his concludo q̄ Indi hic viuen-
tes inter Hispanos, Sabbatho carnes non pos-
sunt comedere: sic etiam determinauit Domi-
nus Archiepiscopus, vnde iussit quemdam
qui hoc scripserat, se retractare. Nempe In-
di hic habitantes Sabbatho comedūt omnia
sicut & Hispani, quæ non comederent, si ha-
bitarent inter eos quibus Sabbatho talia co-
medere nō licet, sicut in Francia. Quod vero
dicitis quod ex voto Hispani non comedunt
carnes Sabbatho, hoc nusquam legi, sed legi
quod ex præcepto Sabbatho nō comedunt
carnes. Immo esto quod consuetudo eo-
rum esset fundata in voto è principio, nunc
tamen habet vim consuetudinis ad peccatum
mortale obligantis, sicut dictum est. Et
id circo secundum illa quæ dixit Beatus Am-